

VICTIMA

Ov. Fast. 1, 335: **victima** quae dextra cecidit victrice vocatur

1, 349-350: prima Ceres avidea gavisa est sanguine porcae, / ulta suas merita caede nocentis opes

Fest. 6 p. 371 M: Victimam Aelius Stilo ait esse vitulum ob eius vigorem: alii autem, quae vincta ducatur ad altare: aut quae ob hostes victos immolaretur.

Isid. Orig. 6, 19, 34: ab ictu, quia hoc percussa caderet, ait ab aliis derivatam censerit.

Naev. carm. frg. 25

Prob. ad Verg. ecl. 6, 31 (336 H): ... poeta Ennius Anchisen augurii ac per hoc divini quiddam habuisse praesumit sic... Naevius belli Punici libro tertio sic: 'postquam ave, aspergit in templo Anchisa, / sacra in mensa Penatium ordine ponuntur; / immolabat auream **victimam** pulchram.

Caes. Gall. 6, 16, 2: Natio est omnis Gallorum admodum dedita religionibus, atque ob eam causam, qui sunt adfecti gravioribus morbis quique in proeliis periculisque versantur, aut **pro victimis** homines immolant aut se immolaturos vovent... supplicia eorum, qui in furto aut latrocincio aut aliqua noxia, sint comprehensi, graviora dis inmortalibus esse arbitrabantur.

Liv. 22, 6, 3: circa consulem tamen acrior infestiorque pugna est. Eum et robora virorum sequebantur ipse, quacumque in parte premi ac laborare senserat suos, in pigre ferebat opem; insignemque armis et hostes summa vi petebant at tuebantur cives, donec Insuber eques – Ducario nomen erat – facie quoque noscitans consulem <'En'> inquit 'hic est' popularibus suis 'qui legiones nostras cecidit agrosque et urbem est depopulatus. Iam ego hanc **victimam** manibus peremptorum foede civium dabo.'

Sen. Med. 970: (MED.) Discedere a me, fratres, ultrices deas / manesque ad imos ire securas iube:/ mihi me relinque et utere hac, frater, manu/ quae strinxit ensem - **victimam** manes tuos / placamus ista.

Sen. Thy. 545: AT: Imposita capiti vincla venerando gere; ego destinatas **victimas** superis dabo.

Octavia, 146: (NUT.): mactata socii concidit thalamis gener/ **victimam**, tuis ne fieret hymenaeis potens.

664: (OCT.): absint tantum tristes poenae/ letique metus-/ scelerum diri, miseranda, viri/ potes hoc demens sperare memor? / hos ad thalamos servata diu/ **victimam** tandem funesta cades